1503. Ex Arch. Metr. Regni.

57

# Legatio Livoniam ad Cautelam sub qua daretur Salvus Conductus Laurentio alioquin non esset necessaria.

In hanc diem, qua iens huc ad Dominationem tuam, egrediebar a Maiestate Regia, nihil Serenitas sua accepit de Muscovia ab Apostolico Serenissimique Domini Hungariae Regis Oratore, ac etiam de Oratoribus et suis et tuae Dominationis. Exinde Maiestas sua veretur sub his tractatibus aliquid mali per ducem Muscoviae moliri Magno Ducatui Lithuaniae, et Dominationi Vestrae Praelatisque et terrae Livoniae Quamobrem in omnem eventum, ut hostis ille et Maiestatis Regiae et tuae Dominationis non mitteretur cautelis aliquibus, uti alias sacrilegijs contra Maiestatem suam et tuam Dominationem, visum erat Maiestati Regiae et Consiliarijs suis, ut praelati, Gubernator et Terra Sueciae alligarentur

rentur ad communem contra Moscoviam Actionem, qua in re me legavit Maiestas Sua Sueciam. Et quia negotium agitur æque pro commoditate tuæ Dominationis, ut Maiestatis Regiæ. Itaque Maiestas Regia commisit, ut dicam, quid apud Prelatos, Gubernatorem, et terram Sueciæ perhoraturus sum. Commisit quoque hortari Dominationem tuam velit providere ut salvus transeam et redeam, quia quid demum ex Suecia attulero, aut ipse referam Dominationi tuæ, si ipsa prius scire volet, quam Maiestas Regia, aut deferet Regiæ Celsitudini, et sua maiestas significabit Dominationi tuæ. Est autem commissio talis ad Sueciam.